

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die
Lavantner Diöcese.

Inhalt. 29. Litterae Apostolicae Leonis PP. XIII., quibus B. Petro Fourier Sanctorum honores decernuntur. — 30. Huldigungsfeier für Jesus Christus, den Erlöser, und Seinen Statthalter bei Schluss des gegenwärtigen und Beginn des künftigen Jahrhundertes. — 31. Erlass der f. f. Statthalterei, betreffend die Trauung ungarischer Staatsangehöriger auf dem Todtenbett. — 32. Ausschließliche Zulässigkeits-erklärung der neuen Katechismen aus dem f. f. Schulbücher-Verlage in Wien. — 33. Diözesan-Nachrichten.

29.

Litterae Apostolicae Leonis PP. XIII., quibus B. Petro Fourier Sanctorum honores decernuntur.

SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI
NOSTRI

LEONIS D. P. PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE QUIBUS B. PETRO FOURIER
CANONICO REGUL. CONGR. SALVATORIS NOSTRI
REFORMATORI ATQUE MONIALIUM DOMINAE
NOSTRAE INSTITUTORI SANCTORUM HONORES
DECERNUNTUR.

LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM
REI MEMORIAM.

Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum.¹ Unicum est quippe Charitatis praeceptum, quo Deum, et proximum propter Deum diligere iubemur. Etenim ratio diligendi proximum Deus est: *hoc enim debemus in proximo diligere, ut in Deo sit: unde manifestum est, quod idem specie actus sit, quo diligitur Deus, ut diligatur proximus; et propter hoc habitus charitatis non solum se extendit ad dilectionem Dei, sed ad dilectionem proximi.*² Quapropter qui dilectionem proximi a dilectione summi Boni, quae est charitas, seiungunt, *philanthropiam*, nescio quam induentes, hi profecto humani generis finem ultimum pervertentes, nempe Deum; ipsam actionem virtute sublimissimam in nihilum vertere conantur.

Hinc luctuosa valde ac pessima illa iudicandi proclivitas in proximi procuranda felicitate; bona scilicet spiritualia vel nibili ducenda, vel saltem posthabenda iis, quae ad corporis animique cultum, vel civilem profectum, ut aiunt, pertinere videntur. Quod quam prorsus sit absonum a Christi doctrina, luculentius Sanctorum exemplis quam verbis demonstratur. Intuemini itaque, filii dilectis-

simi, insigne charitatis exemplar, quod vobis hodie proponit Ecclesia, ut Sanctum Petrum, Eius adiuti auxilio, imitantes, ex Ipso charitatis fonte Domino Nostro Iesu Christo, veram charitatem haurire possitis, quae nuptialis vestis est; qua qui non sit indutus, *ligatis manibus et pedibus, mittitur in tenebras exteriores.*¹

Petrus honesto loco natus est Mirecuriae in Lotharingia anno Domini MDLXV, die XXX Novemboris, patre Dominico Fourier, Matre Anna Naequart, catholicae religionis amore et Christianarum virtutum laude spectatissimus. Filiolum, quem cariorem habuerunt, propter mirabilia charismata, quibus ab infantia enituit, magna cura edocuerunt: cumque in adolescentulo iam proiectae virtutes apparerent, itemque experrecti admodum ingenii emicarent indicia, eum Patribus e Societate Iesu instituendum tradiderunt, in Lyceo Mussipontano, celeberrima tunc in Lotharingia et scientiarum et virtutum palaestra.

Hie cum litteras humaniores et philosophiam perdidisset, altiora studia antequam ingrederetur, de vitae statu eligendo cogitare coepit; cumque diu et sapienter deliberasset, non sine divino instinctu Canonicis regularibus nomen dedit, et Calmosiacum Monasterium ingressus, ibi tyrocinio ad exemplum posito, cum magna omnium expectatione vota nuncupavit.

Deinceps in Mussipontanam Universitatem reversus, ut sacris scientiis operam daret, studiorum socios nactus est Lairuels et De la Cour; quorum primus disciplinam restituit in Ordine Monachorum Praemonstratensium, alter optime de Benedictino Instituto meritus est, celeberrimusque fundator extitit Monasteriorum, quibus a S. Victore et a S. Adulpho nomen est. Illorum conversatione valde delectatus est Petrus, qui facile ex eis, et Ioanne Fourier e

¹ I. Ioan. cap. IV, 21. — ² S. Thomas Quaest. XXV, art. 13.

¹ Matth. cap. XXII, 13.

Soc. Iesu consanguineo suo, quem tanti faciebat Sanctus Salesius, multa hausit, quae dein in Monasterii Calmosiaci reformatione plurimum profuerunt.

Quamobrem quum eo rediisset, et Sacerdotio auctus esset; quid religiosus praestare beat magis exemplo, quam inani verborum iactatione ostendens, Antistitem statim rogavit, ut maiorem sui commeatus partem in pauperes erogare liceret, contentus ipse leguminibus, decoctis radicibus, et vino aqua dilutissimo, orationi, contemplationi, et rigidissimae poenitentiae unicee addictus.

Quomodo autem Petrus animo comparatus esset, tum perspectum fuit, cum, tribus curatis beneficiis vacantibus, ei facta est facultas, quod vellet, eligendi. Elegit enim, quod pauperius erat, et vitiosis hominibus ac Religioni catholicae infestis adeo retortum, ut *e parva Geneva, vulgo apellaretur, aiens: ibi parum futurum esse reddituum, laborum satis.* Pago nomen erat Mataineuria, quem B. Petrus ingressus est, cum iam instantent SS. Corporis Domini Nostri Iesu Christi solemnia. Quamobrem beneficium sui possessionem iniri voluit Divinissimum Sacramentum solemni pompa circumferens, tantaque maiestate verendum, ut eius conspectus ad fidem, et poenitentiam commoveret animos. Qui victi omnino sunt, cum Petrus ardentissima et tenerrima verba fecisset de miro erga homines Iesu Christi amore, deque sua voluntate tam bonum Pastorem imitandi usque ad mortem, quam se pro cuiusque eorum salute libenter obitum non dubitaret. Hinc miraculo simile visum est, quod opere B. Petri, in eo diaboli domicilio tria Catholica sodalitia eaque frequentissima constituta sint; quorum primum dicatum Sanctissimae Virgini a Rosario nuncupatae; alterum Eidem sine labe originali conceptae, cui Deiparae privilegio se Petrus assertorem praestitit strenuissimum, tertium S. Sebastian.

De prodigiosa huismodi populi immutatione, per universam Dioecesim Tullensem, cum fama percrebuisse, miri undique popularium Mataineuriae concursus facti sunt; et ipse Episcopus Tullensis Petro aliis Parochis in exemplum proposito, illumque iussit universam Dioecesim sacra expeditione peragrare: quod ita ille praestitit, ut Christianae virtutes sopitae et fere intermortuae iterum viguerint, et Calviniana haeresis, alicubi iam audacius exultans, fuerit repressa.

Haec cum ageret ad spiritualem populorum sibi creditorum profectum, minime ea negligebat, quae civili eorum cultui provehendo maxime conducunt; qua in re multa ille excogitavit institutique, quibus recentiores oeconomiae scientiae Doctores gloriantur, quaeque, si vitam eis Christianae charitatis halitus infundat, valde prosunt reipublicae, atque animorum concordiae. Praeceptum autem eleemosynae adeo suis inculebat, tamque suaviter, ut Mataineuriae quoddam quasi inter ditiores certamen esset in eleemosynis

suppeditandis, ac ille locupletior censeretur, qui pluribus praesto fuisset pauperibus.

At praecipue rectam Christianae plebis institutionem B. Petrus curavit. Qua in re perversae illi consuetudini, quae tunc gliscere cooperat, *promiscuae*, quam vocant, *scholae*, acerrimum bellum indixit; cumque res ei feliciter Mataineuriae evenisset, hanc pestem aliis etiam ex locis arcendi cupidus, magnam ac perpetuam sacrarum Virginum Societatem instituere cogitavit, quae puellis foeminei sexus ad bonas artes et pietatem instituendis, gratuitam daret operam. Salutaris haec institutio, Deo adiuvante, et interdum modis omnino mirandis adeo crevit, ut etiamnum non modo in Europa aliisque veteris mundi partibus, sed etiam in America fructus edat uberrimos. Eam autem s. m. Paulus Papa V probavit Kalendis Februarii anno MDCXIV, deinceps Urbanus VIII egregiis privilegiis decoravit, et Moniales Canonissas regulares S. Augustini Congregationis *Dominae Nostrae* esse et nominari sanxit.

Interim, quam exemplo incepérat Canonicorum Regularium reformationem provehere et perficere auctoritate canonica munire sagedit Sanctus enim vir valde dolere debuit; sacram illum Coetum, cuius historia tot praeclaris gestis, tot viris doctissimis et sanctissimis illustris est, in quo S. Dominicus, S. Bruno, S. Norbertus gloriosae vitae initia posuerant, adeo a seipso iis in locis descivisse, ut Pontificum, atque celsissimorum Ecclesiae Procerum, illum ad pristinam dignitatem revocare plures nitentium, et auctoritatem feffellerit et charitatem. Quamobrem Gregorius XV Apostolicis Litteris Episcopi Tullensis studium probavit, qui post fere irritos Cardinalis Caroli a Lotharingia conatus, iterum in Canonicorum regularium reformationem, Petro adiutore maximo, vigilantius nitebatur. Res adeo prospere cessit, ut idem Pontifex brevi Romae exceperit duos pietate et doctrina viros spectatissimos rogantes: ut Monasteria, quae Petrus mandato Episcopi Tullensis et Pontifica auctoritate reformaverat, probarentur, ac in iuridicam Congregationem erigerentur, cui perpetuus Generalis praecesset. Unio Monasteriorum statim concessa est; Generalatus autem perpetuitas non item; sed haec etiam die XXV Ianuarii anni MDCXXIX impetrata est.

Haec dum gereret Petrus, Mataineuriensium minime oblitus est. Ad hos, nomine suo regendos, Vicarii munere reliquerat Sacerdotem optimum, qui sua vestigia secutus, eos in Religione confirmaret, et contra lupos, ac praesertim haereticos strenue defenderet. Ceterum, cum sui praesentia gregis interesse videretur, nulla cunctatione aderat, solitique sunt Mataineurienses ad Petrum confugere, quoties calamitate aliqua affligerentur; quam putarent in suam perniciem a Daemone conflatam. Nam populo illi statim in mentem veniebat non posse diabolum in suo oppido manere, Petro praesente, qui illum animabus suis pridem

insidiantem arcuerat; qui paulo ante Monasteria a Petro fundata contra terribiles eorum conatus strenue defenderat, tantaque victoria debellaverat, ut rerum gestarum fama cum hominum admiratione latissime erat pervagata.

Sed longe clariores eae victoriae reputandae sunt, quibus Petrus de haereticis, qui patrem habent Diabolum, pluries triumphavit, quaeque effecerunt, ut Lotharingiae Dux non semel eius operam invocaverit, cum sibi res esset cum haereticis, hominibus plerumque factiosis, atque etiam civili concordiae infestis. Badonvillae, quae oppidum est Comitatus Salmensis princeps, Calviniani reipublicae iam fere potiti, eversa Parochi domo, et beneficii redditibus dissipatis, proceribus Civitatis sibi faventibus, plebe vel minis perterrita vel promissionibus irretita, et ad illorum ritus coacta, ipsum Catholicum nomen se delevisse gratulabantur. Petrus eo venit, exemplo virtutum suarum, precibus, ieuniis, mirabili ac suavissima eloquentia, laborem inter Catholicos fidem confirmavit, haereticos coercuit, atque ita commovit, ut suorum eos facinorum poeniteret; denique parochiale aedem subsidiis undique conquisitis reparat, ipsum haereticorum templum Deiparae consecrat, in eo Missam parochiale celebrat, concionatur, invitatione facta etiam *extraneis*. Sic enim appellabat haereticos, tum ut minus acerbo nomine eos alliceret, tum ut Paulum imitaretur, qui fideles *Domesticos* vocaverat.

His artibus vincebat Petrus, pluriesque vicit. Cum autem et Dux Lotharingiae, et Summi Magistratus ei gratularentur, et populus tanto benefactori plauderet, ille, demisso capite, ea minime sibi sed primum Deo, deinde Sodalium suorum atque bonorum hominum meritis accepto, ferenda esse affirmabat. Miracula etiam, quorum multa eum patrasse gravissimi testes perhibent, a se, quantum lieuit, ab iudicavit, servilibus ministeriis, inter suos, ipse contentus. Denique cum anno MDCXXXVI, pro publicis negotiis, cum aliquot e suis sociis Graiacum, Comitatus Burgundiae oppidum, missus esset, ob belli suspiciones eo prohibitus est. Quamobrem aliquot diebus in pago de *Dom Pierre* moratus, in Castro de Resines constituit, ubi dum pueris erudiendis operam daret: maiores autem natu sacris Ministeriis aliisque piis exercitationibus excolet: in *quartanam* incidit, morbum sane non gravem, ex quo tamen se brevi moriturum praedixit Petrus. Qui vix morbo tentatus, tam ob sua peccata, sic ille dicebat, aliorum Sanctorum more consternatus est, tam territus proximo divino indicio, ut singultibus lacrimisque ad Mariam, a qua negabat se posse deseriri, clientem quidem indignissimum, at ex corde amantissimum.

Illuxit tandem dies Deiparae Immaculatae dicata, qua Petrus, sacra Synaxi iterum recreatus, exclamavit: *Domine, non sum dignus, ut intres sub pectus meum, dignus autem? Indignissimus qui extra Pomerium Urbis*

canibus et corvis vilis praeda pabulumque conficiar. — Deinde ad Virginem ea verba ingeminans — *Monstra te esse Matrem, ter expresso supra se signo Crucis,* — placidissime decessit, aetatis suae anno septuagesimo sexto, die IX Decembris MDCXL.

Corpus apertum est, et cor cum praecordiis Graiacensibus donatum; deinde Lotharingiam versus a Canonicis Regularibus transferebatur, ut in destinato loco sepeliretur; sed Mataineuriam vix perventum, populus venerabundus occurrit, negavitque se passurum Sancti et amantissimi Parochi corpus alibi sepeliri. Itaque Mataineuria situm est adhuc B. Petri sepulchrum, ibique Deus gloriam in eliti servi sui magnis miraculis confirmavit et confirmat.

Interim de Eo ad altarium honorem evehendo cogitatum est, et Inquisitionibus Ordinariis rite peractis ad virtutum *dubium* apud S. Congregationem ventum est. Cunctis legitime perfectis, Clemens XI s. m. Praedecessor noster die 1. Aprilis anno MDCCXVII decrevit — *Constatre de virtutibus Ven. Servi Dei Petri Forerii, tam Theologalibus, scilicet Fide, Spe et Charitate, quam Cardinalibus, nimirum Prudentia, Iustitia, Fortitudine, et Temperantia, earumque respective adnexis in gradu heroico.*

Quaestio vero super miraculis agitata est in S. R. Congregatione, cum Fidei Promotoris munere fungeretur inclitae memoriae Praedecessor Noster Benedictus XIV, qui ea de re loquitur in suo Opere de Canonizatione Lib. IV, cap. XV; eademque pro veritate propugnata sunt a summo Viro Ioanne Lancisio, et sunt eiusmodi: 1. *Duo mortui, invocato Beato Petro Forerio, et Reliquiarum eiusdem super ipsis applicatione ad vitam redeunt;* 2. *Monialis a decem mensibus variis morbis acerbissimis vexata, et demum moribunda, applicatione Imaginis Beati Petri Forerii, et Reliquiarum eius in instanti plenissima donata valetudine;* 3. *Mulier ita morbo comendio, seu sciatica ab anno et amplius affecta, ut nec stare, nec ambulare posset, repente sanatur;* 4. *Duo fratres, ab annis plurimis molestissimis et incurabilibus herniis affecti, recursu ad Beatum Petrum Forerium instantanee simul et perfectissime sanantur.*

Iis miraculis apprime probatis, decretoque Pontificio confirmatis, s. m. Praedecessor Noster Benedictus XIII, Litteris Apostolicis in forma Brevis, Beatorum numero Petrum adscripsit, die X Ianuarii anno MDCCXXX. Ex eo tempore, et si nunquam deferuerit Beati memoriae cultus, tamen Causa siluit usque ad annum MDCCCXLV, quo tempore resumpta est ad Canonizationis effectum. Anno autem MDCCCLXXXII, die XI Septembris datae sunt Litterae remissoriales pro construendo processu Apostolico super miraculo apud Curiam ecclesiasticam Argentinensem; die vero XX Decembris insequenti anno pro Apostolica alterius miraculi Inquisitione apud Curiam ecclesiasticam Parisiensem instituenda.

Primum miraculum accidit anno MDCCCLXVIII, Mariae Alexandrae moniali Sodalitatis a *Domina nostra*, cui nomen *Abbaye aux Bois*, in Archidioecesi Parisiaca. Ipsa, anno MDCCCLXVII linteaminum sarcina onusta, dum scalas ascenderet prolapsa, genu in gradu earum vehementer offendit. Acerrimus in ictu dolor, postea ita sensim elanguit, ut Alexandra suis officiis fungi posset. Sed anno insequenti, mense Aprili, insidiosus morbus hactenus tanta erupit vi, tamque diris symptomatibus, ut funestam Medici facerent prognosim. Nam dolori perpetuo atque acutissimo saeva febris accesserat, inflatio lateris dextri totius, virium debilitas summa, deliquia, ciborum nausea. Nec remedia proderant ab expertissimis medicis adhibita. Arthritis traumatica (talem esse morbum comperatum fuerat Doctoribus) in dies progrediebatur, nullaque iam erat salutis spes. Ad opem B. Petri Alexandra et Sorores fiducia plenae confugiunt, novendiali supplicatione, admotisque ad genu aegrum eius Reliquis. Nocte illius diei, qua novendiales preces inceptae sunt, Alexandram placidissimus complectitur somnus; postridie mane, gratulantibus Sororibus, surgit e lecto, citissime ambulat, libentissime manducat. Nulla autem diri morbi atque ipsarum Chirurgorum incisionum vestigia.

Alterum accidit mense Iulio MDCCCLXXXI, Mariae Franciae eiusdem Congregationis sodali in asceterio Argentinensi. Illa, quae pridem gravissimis uteri perturbationibus obnoxia fuerat, mense Aprili MDCCCLXXI stomacho laborare coepit, et doloribus atrocissimis cruentae vomitiones successerunt. Ex vomitionibus haud satis Medicis constabat, an de canero, an de ulcere ageretur; ulcus tamen vicit ex complexu symptomatum, atque ex origine morbi. Quatuor per annos eo divexata Francisa cadaveri similis decumbebat, cum novendiales preces ad Beatum Petrum inceptae sunt. At furere magis morbus visus est, verumtamen fiducia intercessionis maior apud Franciscam et Sodales. Sub noctem postremi novendialis supplicationis diei, e caelo Beatus favet. Francisa, cum placide obdormivisset, nullo sustentata fulcimine e lecto surgit, in asceterii Oratorium gratulabunda pergit, et SS. Eucharistiam una cum Sororibus sumit. Deinceps valido cibo reficitur, solitosque labores obit, et plures per annos obire perrexit validissime.

De his Miraculis cum disceptatum esset in Congregationibus antepreparatoria et praeparatoria S. Congregationis, die XVI Novembris anno MDCCCXCVI, causa ad Nos delata est, quaesitumque in comitiis generalibus eiusdem Congregationis — *An, et de quibus miraculis post indultam eidem Beato venerationem constet in casu, et ad affectum, de quo agitur.* — Nos, tum Cardinalium, tum Consultorum suffragiis auditis, implorato Paracliti lumine, die VI Ianuarii hoc eodem anno, decrevimus —

Constare in casu de duobus miraculis, — scilicet de primo, Instantaneae perfectaeque sanationis Matris Mariae Alexandrae a gravissima arthritide in genu dextero: deque altero: Instantaneae perfectaeque sanationis Mariae Franciae a gravissimo ulcere in stomacho. — Dominica autem in Septuagesima eodem anno, iterum Divini Spiritus lumine implorato, decrevimus *Tuto procedi posse ad solemnum B. Petri Canonizationem.*

Deinceps, iuxta verendam consuetudinem, in Consistorio secreto habito die decima nona Aprilis vertente anno, universos Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales hac de re rogavimus, ut mentem suam aperirent. Qui Beati Petri gestis ac virtutibus nec non miraculis, eius intercessione a Deo patratis, narratore dilecto Filio Nostro Cardinali Caietano Aloisi-Masella S. Rituum Congregationis Praefecto, auditis, unanimi consensu ad Sanctorum honores Beatum Petrum evehendum esse censuerunt. Tum, eadem die Consistorium publicum habuimus, atque iterum de gestis et virtutibus Beati Petri disseruit dilectus filius Philippus Pacelli S. consistorialis Aulae Advocatus. Curavimus deinde, Litteris a sacra Concilii Congregatione datis, non modo viciniores Episcopos, sed etiam remotissimos de fausto eventu certiores fieri, ut Romam se conferrent Nobis sententia sua adfuturi. Qui cum ex universo terrarum orbe plurimi convenissent, Causa plene cognita, tum ex iis quae gesta fuerant in publico Consistorio, tum ex documentis S. R. C. quorum exemplar singulis tradi voluimus, in semipublico Consistorio, habito die XX Maii vertente anno Sententiam dedere suam, non modo Ven. Fratres Nostri S. R. E. Cardinales, sed Patriarchae, Primate, Archiepiscopi, Episcopi qui ad hanc Canonizationem perficiendam unanimi consensu Nos impulerunt. Cuius rei instrumenta a dilectis filiis Sedis Apostolicae Notariis publice confecta, in Tabularium S. R. C. relata sunt.

Solemnia autem huius Canonizationis celebrare statuimus in Basilica Vaticana, die vigesima septima Maii mirabili Domini Nostri Iesu Christi in Coelum Ascensioni dicata. Indicto interea ieunio, statutisque Ecclesiis ad sacras Indulgentias lucrandas, hortati sumus Fideles, ut vera cordis contritione, sibi novensiles Sanctos proprios facerent et benevolos coelestium donorum intercessores.

Statuta igitur faustissima die, omnes tum saecularis tum regularis Cleri Ordines, singuli Romanae Curiae Praesules et Officiales, Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Primate, Archiepiscopi, Episcopi convenerunt. Quibus praeeuntibus solemni supplicatione Nos ingressi sumus Vaticanam Basilicam magnificentissime ornatam. Tunc Dilectus Filius Noster Cardinalis Caietanus Aloisi-Masella Canonizationi huic procurandae praepositus, perorante dilecto filio Balthassare Capogrossi-Guarna, sacrae consistorialis Aulae Advocato, Nobis vota detulit

Sacerorum Antistitum, nec non Ordinis Canonicorum Regulare S. Augustini, et Monialium congregationis *Dominae Nostrae*, cumque iterum et tertio iisdem votis et precibus institisset; Nos Divini Paracleti afflatu humiliter implorato, ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad Catholicae Fidei incrementum et decus, Auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et Nostra, matura deliberatione et voto Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum consilio, praedictum B. Petrum Sacerdotem, reformatorem Canonicorum regularium S. Augustini, et Institutorem Monialium congregationis *Dominae Nostrae* et regula eiusdem S. Augustini, Sanctum Confessorem esse declaravimus.

Cui, eodem Decreto sociavimus Antonium Mariam Zaccaria, Sacerdotem, congregationis S. Pauli vulgo „Barnabitarum“, et Virginum Angelicarum fundatorem, et ipsum virtutibus, imitatione Domini Nostri Iesu Christi et magnis miraculis Ecclesiae militantis decus et praesidium.

Memoriam S. Petri Fourier quotannis in Martyrologio die nona Decembbris referri mandavimus, et Cunctis Fidelibus, qui eius exuvias, dicta die, venerati tuerint, Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum perpetuo impertivimus. Gratiis deinde Deo Optimo Maximo actis, adstitimus Venerabili Fratri Nostro Card. Aloisio Oreglia Episcopo Ostiensi et Veliterno, et S. Collegii Decano, Rem divinam solemniter facienti, et post Evangelii lectionem, confertissimam, et exultantem multitudinem adhortati sumus ut novensilium Sanctorum gratiam, imitatione virtutum sibi potissimum conciliaret. Deinde, Apostolica benedictione solemniter impertita, Apostolicas has Litteras manu nostra et S. R. E. Cardinalium signatas, sub Plumbo expediri mandavimus.

Decet autem Nos ex corde gaudere, et maximas gratias agere et habere Deo viventi in saecula saeculorum, qui famulum suum Petrum benedixit in omni benedictione spirituali, illumque elegit, ut *re fulgeret tanquam arcus inter nebulas, et quasi flos rosarum Sponsam suam spiritualium aromatum odore impleret*. Arcum hunc fulgentem, inter saeculi procellas, suspicite Fideles universi, et aromata spiritualia, quae ex hoc rosarum flore manant, cupide haurite, ut carnis illecebras, cupiditatum impetus, superbientis animi elationem edomare possitis. Suspiciant praesertim lectissimae illae Catholicorum cohortes, quae viribus unitis strenuissimam navant operam, ut res Christiana ubique provehatur, consuleturque opportune, cunctis tum spiritualibus tum temporalibus familiarum necessitatibus, ut homines reapse videant, nihil Religione non solum esse sanctius, sed etiam salubrius. Suspiciant denique im-

pensius Parochi, quos merito Christiana plebs veluti patres ac procuratores suos existimat; et Sancti collegae Lotharingi Charitatem suavissimam, ac zelum patientissimum et industrem aemulantes, tum Sodalitatum Catholicarum, tum singulorum e grege sibi commisso, gerant curam, qualem vult Dominus Noster Iesus Christus. Nimirum: exhibeant in fide virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis Charitatem.¹

His virtutum exemplis non solum suas sibi magni devincient oves, sed illas etiam, quas haeresis et schisma ab Ecclesiae pascuis distraxit, ad ovile allicant, ut eis etiam sit gratia, misericordia, pax a Deo Patre, et a Christo Iesu Filio Patris in veritate et Charitate.² Sic, filii carissimi, Divino Pastori similes eritis, qui dixit „Si fuerint alicui centum oves, et erraverit una ex eis: nonne relinquit nonaginta novem in montibus, et vadit quaerere eam, quae erravit? Et si contigerit, ut inveniat eam: Amen dico vobis; quia gaudet super eam magis, quam super nonaginta novem, quae non erraverunt.³ Contendite igitur, ut Divino Pastori placeatis, et Nobiscum, qui Eius in terris vices gerimus, etiam atque etiam orate ut curis, laboribusque, quos suscepimus pro Ecclesiarum unione, favens, benedicat Christus, qui consummatus, factus est omnibus obtemerantibus sibi causa salutis aeternae.⁴

Omnibus itaque, quae inspicienda erant, bene perpensis, certa ex scientia atque Auctoritatis Nostrae plenitudine, omnia et singula praedicta confirmamus, roboramus, atque iterum statuimus, universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus: mandantes, ut earumdem praesentium transumptis sive exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii subscriptis, et sigillo Viri in ecclesiastica Dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae hisce Nostris Litteris haberetur si exhibitae forent atque ostensae.

Si quis vero paginam hanc Nostrae definitionis, decreti, mandati, relaxationis, et voluntatis infringere vel temerario ausu contraire, aut attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Octingentesimo Nonagesimo Septimo, VI Kalend. Iunias, Pontificatus Nostri Anno XX.

Ego LEO Catholicæ Ecclesiae Episcopus.

¹ II. Petri, cap. I, vers. 5, 6, 7. — ² II. Ioan. vers. 3. — ³ Matth. cap. XVIII, vers. 12—13. — ⁴ Hebraeor. cap. V, vers. 9.

30.

Huldigungsfeier für Jesus Christus, den Erlöser, und seinen erhabenen Statthalter bei Schluss des gegenwärtigen und Beginn des künftigen Jahrhundertes.

Es gibt, wie im Leben des Einzelnen, so im Leben der Völker Augenblicke, wo die Herzen ernster als sonst gestimmt, von tiefer Rührung erfüllt sind und sich mächtiger angeregt fühlen, Gottes unendliche Größe und die eigene Ohnmacht und Hinfälligkeit zu betrachten, Gottes erbarmende Liebe dankbar zu preisen, Gottes liebenvoller Vorsehung sich vertrauensvoll zu empfehlen. Ein solcher Zeitpunkt ist gewiss die Wende eines Jahrhundertes, an der wir bald angelangt sein werden.

Darum haben hervorragende katholische Männer Italiens den schönen Gedanken angeregt, es solle die ganze katholische Welt den Schluss dieses Jahrhundertes mit einer großen religiösen Dankes- und Sühnfeier begehen. Um diesen Gedanken zur Ausführung zu bringen, hat sich ein unter dem Grafen Aequaderni gebildetes internationales Comité mit der Bitte an den glorreich regierenden hl. Vater Leo XIII. gewendet, er möge dieses Vorhaben gutheissen und segnen.

Der heil. Vater hat in dem unter dem 18. Juli 1896 an den Cardinal Dominicus Suampa, Erzbischof von Bologna, gerichteten Schreiben diese Bitte gerne erfüllt und hat Se. Eminenz, den Cardinal Dominicus Jacobini zum Ehrenpräsidenten dieses Comités ernannt.

Der Vorschlag zu einer religiösen Feier der Wende des laufenden Jahrhundertes hat aber auch in der ganzen katholischen Welt freudigen Wiederhall gefunden und es haben sich allenthalben National-, Landes- und Diözesan-Comités gebildet, um diese wahrhaft erhabene und höchst zeitgemäße Feier vorzubereiten und dieselbe zu einer feierlichen Kundgebung des katholischen Glaubens, des innigsten Dankes, der glühenden Liebe und der unerschütterlichen Treue gegen Jesus Christus, „den unsterblichen König der Ewigkeit“ (I. Tim. 1, 17), zu einer wahren Triumphfeier seines heiligsten Namens zu gestalten.

Auch für unsere Diözese ist von Sr. fürstbischoflichen Gnaden zur Vorbereitung dieser Huldigungsfeier ein Diözesan-Comité, bestehend aus den hochwürdigen Herren Dompitularen Dr. Johann Križanič, Jakob Bohinc, Karl Hribovsek, Dr. Josef Pajek und Dr. Johann Mlakar, eingesetzt worden.

Im Nachstehenden wird nun der hochwürdigen Seelsorgegeistlichkeit der „Aufruf des internationalen Comités zur Huldigungsfeier für Jesus Christus, den Erlöser, und Seinen erhabenen Statthalter“ im Wortlaut mitgetheilt:

Unter Gutheissung und Segen des Hohenpriesters Leo XIII. ladet das internationale Comité die Katholiken der ganzen Erde ein, sich zu einigen, ein Herz und eine Seele zu sein, auf daß die große Kundgebung des Glaubens, der Liebe und der Sühnung ein Beispiel sei für alle künftigen Generationen.

Das Comité schlägt vor, diesen großen Act in nachfolgend angegebener oder in anderer ähnlicher Weise wie der Character der betreffenden Bevölkerung und der Diözese es erheischen, vorzubereiten und zu Ende zu führen.

I. Mittel der Vorbereitung.

Die Huldigungsfeier, als sichtbares Zeichen neugelebten christlichen Glaubens, erfordert eine Vorbereitung des Verstandes und des Herzens.

Jesus Christus erkennen, treibt an ihn zu lieben und ihm zu dienen und alle unsere Handlungen einzurichten nach seinem göttlichen Gesetz.

Die Kenntnis der Unbillen und Lästerungen, welche in dem dahinscheidenden Jahrhundert Ihm angethan wurden, erheischt die Pflicht und die Nothwendigkeit der Sühne.

Die vorzüglichsten Mittel der Vorbereitung müssen daher sein: Das Wort Gottes, gemeinsames Gebet, Wallfahrten.

1. Das Wort Gottes.

Allüberall die Abhaltung von Missionen und geistlichen Übungen mit thunlichst großer Bekehrung während des Laufes dieser drei Jahre.

Benützung aller Gelegenheiten durch Predigten und Conferenzen, seien dieselben nun öffentliche oder für Bruderschaften, Congregationen etc., um die Kenntnis Jesu Christi und seiner Wohlthaten immer mehr zu verbreiten.

Benützung der Presse zu demselben Zweck.

2. Gemeinschaftliches Gebet.

In allen Diözesen, je nach Bestimmung des betreffenden Ordinarius, die Abhaltung kirchlicher Feierlichkeiten und Gebete im Verlauf der nächsten drei Jahre, um die Beharrlichkeit der Völker im Glauben und um den Frieden und die Wohlfahrt der Kirche, des römischen obersten Priesters, aller Nationen und aller Familien zu erslehen.

In dieser heiligen Meinung sollen Communionen verrichtet und das allerheiligste Sacrament ausgezeigt und angebetet werden.

Zu diesem Zweck sollen auch alle Katholiken bei ihren verschiedenen Versammlungen beten.

3. Wallfahrten.

Es ist sehr zu wünschen, daß zur Bekundung der Frömmigkeit und des Glaubens immer häufiger Wallfahrten zu hervorragenden Gnadenorten der einzelnen Diözesen und Länder gemacht werden; überdies ladet aber das Comité alle Katholiken ein, zu drei gemeinsamen Wall-

fahrten, an welchen sie Theil nehmen können, sei es in Person, sei es im Geiste:

1. Im Jahre 1898 Wallfahrt nach Lourdes, um das Unternehmen der unbefleckten Jungfrau zu weihen und die Gnade zu erflehen, dass alle Kräfte zusammen wirken mögen, um möglichst feierlich und gedenkwürdig zu machen diese doppelte Huldigung der Treue und der Sühne für Jesus Christus, den Erlöser.

Ein Ex voto (ein goldenes Herz), geopfert von den Wallfahrern in dem von der Jungfrau so bevorzugten Gnadenorte, wird für immer das Denkzeichen bilden, dass die Andacht zu Maria die Herzen der Christen anzieht und entflammt. Zugleich ist es ein Symbol, dass die christlichen Völker Brüder sind einer und derselben Familie, der Kirche, und Söhne ein und desselben Vaters, des römischen Hohenpriesters, bei aller Verschiedenheit der Abstammung, der Anlagen, der Sitten und der Interessen.

2. Im Jahre 1899 Wallfahrten zu den heiligen Stätten Palästina's, um in aller Herzen um so wärmere Liebe zu Jesus Christus zu entzünden, ihn in der Grotte zu Bethlehem anzubeten und seinen Schritten bis zu der Höhe des Calvarienberges zu folgen.

In der Kapelle der Geburt in Bethlehem wird die Stiftung einer Jahresmesse das Flehen zum göttlichen Erlöser verewigen:

- Um den heiligen Glauben in den Völkern zu erhalten und ihn zu beleben und zu entflammen in den Familien und Nachkommen derer, welche an dieser Wallfahrt und Stiftung sich betheiligen.
- Um Wiedervereinigung aller von der Kirche Getrennten im heiligen Glauben.

3. Im Jahre 1900: Wallfahrten zu dem heiligen Haus von Loreto, um von Maria zu erflehen, dass alle Katholiken beharrlich seien in ihrem Vorjaße, stets getreu ihrem göttlichen Sohne zu dienen und dass endlich die Hoffnung sich erfülle, das göttliche Gesetz wieder anerkannt und beobachtet zu sehen bei der Mehrheit der Völker. Ein kostbares ewiges Licht wird als Ex voto des großen Pilgerzuges das Symbol sein ständigen Flehens zur Himmelskönigin, auf dass gefestigt und allgemein verbreitet werde die Treue und der Gehorsam zu dem Heiligen Vater und dass immer mehr und mehr geehrt und verherrlicht werde der Erlöser Jesus Christus in der Person seines erhabenen Stellvertreters.

II. Wallfahrten nach Rom in den Jahren 1900 und 1901.

Alle auf nach Rom! Von dem heiligen Hause in Loreto, wo das Wort Gottes ist Fleisch geworden, wollen wir nach Rom eilen, wo das unerschütterliche Gebäude der Kirche Jesu Christi seinen Grundstein hat. Wer verhindert ist,

körperlich den Wallfahrern sich beizugesellen, möge dies im Geiste thun, durch seine Sehnsucht, durch die Buße, das Almosen und das Gebet. Dort in der Basilika des Vateran, welche dem allerheiligsten Erlöser geweiht ist und in St. Peter auf dem Grabe des hl. Apostelfürsten werden Alle den Hymnus des Dankes anstimmen für Jesus Christus den Erlöser und seinem heiligsten Herzen sich selber weihen und das beginnende XX. Jahrhundert.

Alle auf nach Rom, um die Liebe und den Gehorsam gegen die heilige Kirche und den obersten Hohenpriester, den Papst, zu bekennen und den Peterspfennig, den Tribut der Treue, an Seinem Throne niederzulegen.

Die Reihe der Pilgerfahrten in Rom wird schließen mit der nach St. Croce in Gerusalemme: Exaltatio Sanctae Crucis.

III. Feierlichkeiten und Feste.

Das Comité schlägt vor:

1. Zum Angebenken des feierlichen Bekennnisses des katholischen Glaubens beim Schlusse des XIX. Jahrhunderts mögen überall bei Gelegenheit von geistlichen Übungen, Missionen und Ausübung kirchlicher Buß- und Sühnadachten Gedenkkreuze errichtet werden mit der Inschrift:

Anno 1900.

Jesus Christus

Deus Homo

Vivit, Regnat, Imperat.

und zwar soll in jeder Kathedrale und in jeder Pfarrkirche ein solches Gedenkkreuz errichtet und in der Nacht, welche die beiden Jahrhunderte verbindet, feierlich enthüllt werden.

2. In allen Kathedralen möge das allerheiligste Sacrament zum vierzigstündigen Gebete ausgesetzt werden vom Abend des 30. December 1900 an bis zum Morgen des 1. Januar 1901 und es werde dann die Feier mit dem Veni Creator Spiritus und feierlichem Segen geschlossen.

3. Es möge die größtmögliche Zahl der Katholiken diese Nacht, welche die beiden Jahrhunderte verbindet, im Gebete wachend zubringen, als letzten Act der Sühnung für das dahinscheidende Jahrhundert und als erste Anrufung Gottes bei dem beginnenden.

4. Auf allen Hügeln und hohen Bergen mögen in jener Nacht Freudenfeuer brennen, welche die Dankbarkeit und Anerbung der Menschheit für den göttlichen Erlöser bezeugen, der gekommen ist mit dem Lichte seines heil. Evangeliums die Seelen zu erleuchten und sie zu erfüllen mit der Hoffnung der ewigen Freuden des Himmels.

IV. Die Huldigungsfeier in Rom.

Die große feierliche Kundgebung der Liebe und des Glaubens, welche in der ganzen katholischen Welt den Übergang des XIX. auf das XX. Jahrhundert bilden wird, findet

in Rom ihren natürlichen Mittelpunkt. Rom wird das Vorbild und das Spiegelbild für die ganze Welt sein.

1. Feierlichkeiten:

In Rom werden dann große feierliche Functionen der Sühnung und des Dankes gehalten werden, an welchen alle Gläubigen jeglichen Welttheils im Geiste theilnehmen und sich anschließen können.

Es werden dann am ersten Tage des Jahres 1901 die Gläubigen der ganzen Welt im Geiste sich vereinigen mit der ersten hl. Messe, welche der römische Hohepriester im neuen Jahre feiern wird. Das kostbare heil. Blut des Lammes wird Er in einem goldenen Kelche emporheben, welchen die Geistlichkeit und die Laienwelt als Zeichen der die katholische Welt umschließenden vollkommenen Einigkeit mit ihrem obersten Hirten und unfehlbaren Lehrer darbringen werden.

2. Zu den Füßen des Statthalters Jesu Christi, des Erlösers.

Das blühende Wiederaufleben des Peterspfennigs, dieser edle Beweis treuer Liebe, welcher um so kostbarer ist in unserem egoistischen und nach Reichthümern jagenden Zeitalter, gereicht der zweiten Hälfte des XIX. Jahrhundertes zu besonderer Ehre; und schickt es sich, dass das Jahr 1900 in dieser Beziehung ganz besonders hervorrage und so gleichsam ein Mahnwort bleibe des scheidenden Jahrhunderts für das folgende.

Mit den in jenem Jahre von allen Gegenden der Erde nach Rom zusammenströmenden Pilgerzügen und den Gaben, die zu den Füßen des Heiligen Vaters niedergelegt werden, erneuert sich das erbauliche Schauspiel des unter Bonifacius VIII. gefeierten Jubeljahres.

Die Huldigungsfeier wird am Tage der Epiphanie des Jahres 1901 in der Erinnerung und in der Erwartung der Berufung der Völker zu Jesus Christus ihren würdigen Abschluss finden. Alle Katholiken der Erde werden neuerdings feierlich den Glauben bekennen, welcher einst die heil. drei Könige veranlasste, dem Stern zu folgen und der heute mehr denn je die wunderbare und feste Einigkeit des ganzen mystischen Leibes der Kirche Jesu Christi bildet. Das internationale Comité wird dann in Vertretung der ganzen katholischen Welt die gesammelten Gaben zu den Füßen des Heiligen Vaters niederlegen als Tribut der kindlichen Liebe und der Treue gegen die Cathedra Sti. Petri und als Ausdruck jenes innigen Wunsches, auf alle Völker der Erde die unschätzbaren Wohlthaten der Erlösung verbreitet zu sehen.

Nun Alle ans Werk!

Das ist der Wunsch des internationalen Comités.

Einzelne, Familien, Städte, Nationen mögen mit besonderen und innigsten Gefühlen Jesus Christus den Erlöser ehren.

Mögen alle Vereine der ganzen katholischen Welt wetteifern in dem Streben Ihn zu verehren, ein jeder nach seiner eigenen Art und Bestimmung.

Alle also ans Werk in edlem Wettkampf, eimüthigen Herzens und Strebens zur Verherrlichung und Huldigung für Jesus Christus den Erlöser und seinen erhabenen Statthalter.

Rom, im Februar 1898.

Das internationale Comité.

Schreiben Sr. Eminenz des Card. Dom. Jacobini
an Se. fürstbischöflichen Gnaden.

Während des Drucks kam von Sr. Eminenz Cardinal Dominicus Jacobini in Rom Sr. Fürstbischöflichen Gnaden ein Schreiben nachfolgenden Inhaltes zu:

„Illustrissime ac Reverendissime
Domine!

Iucundissimae mihi fuerunt litterae, quibus e diversis orbis terrae regionibus sacrorum Praesules ad meam epistolam XVII Kal. Maii MDCCCXCVII datam responderunt, se ultra libenterque sedulam datus operam ut labentis saeculi exitu, inequentisque initio, Xth Redemptoris memoria sollemniori fidei testimonio celebretur. Quin et pluri electos viros ex singulis gentibus in coetum iam coire curarunt ut quae ad id efficiendum opportuna viderentur, ipsis auspicibus, praeparare studerent. Hi vero opus egregium aggressi in multis diversarum gentium civitatibus sive ad pias peregrinationes inchoandas, sive ad expiatorios ritus, religiosasque conciones promovandas, sive ad scripta Christianae fidei originibus vindicandis exaranda diligentissime incubuerunt.

Haec cum summo Pontifici nuper retulisse, Sanctitati Suae haud exiguo fuerunt solatio. Infensa quippe in Ecclesiam tempestate Petri naviculam gubernanti gratissimum Illi accidit suos in Christo filios undique conspiciari, qui Pastorum iussibus obtemperantes, uno veluti agmine facto, utiliora ineant consilia sub exordientis saeculi initii Christi nomini commemorando.

Quo igitur et Amplitudo Tua caeterique Ecclesiae catholicae episcopi tanto operi provehendo maiores sumant animos, Sanctissimus Dominus Noster ex inceptis quae in posterum gerentur prospiciens, actaque probans, perbreves has litteras ut scriberem benignissime voluit.

Ego vero alaci voluntate Tibi in omnibus quae ad rem tam sanctam conducere visa fuerint consilio studiose

adero, nec minus prompta sollicitudine Conventus ex diversis gentibus ad idem propositum exequendum Romae constitutus Amplitudini Tuae auxilium in omnibus accuratissime praebere sataget.

Adprecor Deum ut Te in eolumem servet.
Romae pridie Nonas Maii MDCCXCXVIII.

Addictissimus uti frater

D. Card. Jacobini.[“]

31.

Erlaß der k. k. Steierm. Statthalterei vom 16. April 1898, Bl. 9068, betreffend das Ehefähigkeitszeugnis bei ungarischen Staatsangehörigen, wenn sie auf dem Todtenbett getraut werden.

§ 36 des Gesetzes vom Jahre 1894 über das ungarische Eherecht, welcher für den seltenen Fall einer Trauung eines ungarischen Staatsangehörigen auf dem Todtenbett bestimmt, dass die Ehe ohne Aufgebot und Dispensation geschlossen werden darf, wird mit oben bezogenem Erlaß dahin ergänzt, dass in solchem Falle hinsichtlich des ungarischen Rupturienten auch von der Forderung des Ehefähigkeitszeugnisses abzusehen ist.

Der Erlaß lautet:

„Anlässlich einer, an das hohe k. k. Ministerium des Innern gestellten Anfrage, ob in jenen Fällen von Eheschließungen ungarischer Staatsangehöriger in Österreich, in welchen im Sinne des hohen k. k. Ministerial-Erlaß vom 15. Juli 1897, Bl. 14.906 (hierämtl. Intimation vom

1. October 1897, Bl. 22.279), wegen einer mit nahem Tode drohenden Krankheit eines der beiden — auch des nicht-ungarischen — Rupturienten die Trauung ohne vorgängige Bekündigung in Ungarn, beziehungsweise ohne Nachweis der Dispens von dieser Bekündigung vorgenommen werden darf, es zulässig erscheint, hinsichtlich des ungarischen Rupturienten auch von der Forderung des Ehefähigkeitszeugnisses abzusehen, hat das genannte Ministerium des Innern nach gesloginem Einvernehmen mit dem k. k. Justizministerium eröffnet, dass in diesen Fällen eine derartige Erleichterung allerdings zulässig ist, und die Trauung, auch ohne dass der ungarische Rupturient ein solches Zeugnis vorlegt, unter den Vorsichten des § 86 a. b. G.-B., vorgenommen werden darf.“

Hievon wird die hochwürdige Seelsorgsgeistlichkeit zur Darnachachtung in Kenntnis gesetzt.

32.

Ausschließliche Verwendbarkeit der im k. k. Schulbücher-Verlage hergestellten in deutscher Sprache herausgegebenen drei Katechismen im Bereich der Lavanter Diöcese.

In Ergänzung des im III. „Kirchlichen Verordnungs-Blatte“ des Jahres 1898, Nr. 13 mitgetheilten Übereinkommens, abgeschlossen zwischen dem F.-B. Lavanter Ordinariate und der Central-Direction der k. k. Schulbücher-Verlage rücksichtlich der Herstellung und des Vertriebes der Katechismen wird zur Kenntnis gebracht, dass bereits alle drei Katechismen, der kleine zu dem Preise von 30 Heller, der mittlere zu dem Preise von 64 Heller und der große zu dem Preise von 80 Heller mit h. ä. Approbation versehen erschienen sind, und dass mithin aller Bedarf sowohl in den Mittelschulen, an der Lehrerbildungs-Anstalt als auch an den Volks- und Bürgerschulen der Diöcese Lavant ausschließlich durch Verwendung der oben erwähnten Schulbücherverlags-Ausgabe zu decken ist.

Die mit der Ertheilung und Überwachung des Religionsunterrichtes betrauten Organe werden über die Einhaltung dieser Bestimmung zu wachen, respective Abweichungen von derselben zu verhindern haben.

Hinsichtlich der Einführung der neuen Katechismen ist bereits im X. „Kirchlichen Verordnungs-Blatte“ des Jahres 1897 sub IV. Nachstehendes verlautbart worden:

„Mit Beziehung auf die Genehmigung des neuen Katechismus seitens aller österreichischen Bischöfe vom 9. April 1894 und bezugnehmend auf den Erlaß des hohen k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 2. Juni 1897, Bl. 13.183, welcher diesen Katechismus als Schulbuch für zulässig erklärt, werden die Herren Katecheten hiemit beauftragt, bei Schülern, die noch keinen Katechismus benutzt haben, mit dem Schuljahre 1897/98 diesen neuen Katechismus einzuführen; dagegen ist bei Schülern, welche den katechetischen Unterricht schon auf Grundlage der alten Katechismen erhalten haben, dieser Unterricht an der Hand dieser Katechismen fortzuführen und zu Ende zu führen.“

33.

Diözesan-Nachrichten.

Investiert wurden: Herr Johann Kapler, Pfarrer in hl. Kreuz ob Marburg, auf die Pfarre St. Jakob in W.-B.; Herr Franz Korošec, Studienpräfekt im F.-B. Knabenseminar in Marburg, auf die Hauptpfarre hl. Kreuz bei Sauerbrunn und Herr Franz Šalamon, Stadtspfarrvicar in Pettau, auf die Hauptpfarre St. Bartholomä in Rohitsch.

Bestellt wurden als Provisoren die Herren Kapläne: Franz Koepke in hl. Kreuz ob Marburg und Alois Šoba in Zdole. Ferner wurden bestellt: Herr Mathias Koren, Pfarrer in Sachsenfeld, als Mitprovisor der Pfarre Gutendorf; Herr Franz Moravec als Stadtspfarrvicar in Pettau und Herr Anton Korošec als Studienpräfekt im F.-B. Knabenseminar in Marburg.

Wiederangestellt wurden als Kapläne die Herren Provisoren: Franz Višnar in hl. Kreuz bei Sauerbrunn; Alois Cizerl in St. Jakob in W.-B. und Franz Bratkovič in Rohitsch.

Übersezt wurden die Herren Kapläne: Josef Erker nach Zellnitz; Johann Janečić nach Sonobiz; Franz Gosak nach Retschach; Johann Grobelšek nach Hörberg; Martin Kranjc nach Witschein; Josef Krohne nach St. Marein bei Erlachstein; Anton Miklič nach St. Veit b. Ponigl;

Josef Somrek nach Mahrenberg; Stefan Pivec nach Statis; Franz Šaloven nach Schiltern; Victor Weixler nach St. Barbara bei Ankenstein und Melchior Zorko nach Riez. — In die Diözesenz trat Herr Anton Aškerc, Kaplan in Statis.

Angestellt wurde Herr Johann Topolnik, Ausihilfspriester in Doberna, als Kaplan ebendort.

In den zeitlichen Ruhestand sind getreten die Herren: Caspar Kačičnik, Kaplan in Schiltern und Franz Horvat, II. Kaplan in St. Marein bei Erlachstein.

In den dauernden Ruhestand sind getreten: P. T. Herr Valentin Par, F.-B. Geistl. Rath und Pfarrer in Gutendorf und Herr Josef Rostaher, Pfarrer in Zdole.

Gestorben ist am 10. April Herr Anton Drozg, gewesener Kaplan in St. Lorenzen am Draufelde, im 60. Lebensjahr.

Unbesetzt sind geblieben die Kaplansposten in Schleiniz bei Cilli, Peilenstein, St. Lorenzen am Draufelde, Galizien und Sulzbach sowie der II. Kaplansposten in Hohened.

F. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,
am 1. Mai 1898.

† **Michael,**
Fürstbischof.